HENRICI CARDINALIS HOSTIENSIS

SVMMA AVREA.

Interiectæ recens fuere eruditæ ex Summa F. Martini Abbatis, I.V.D. celeberrimi, Azonis & Accurſij (ut ferunt) coætanei, adnotationes: & hæ cum antiquis Nicol. Superantij in finem cuiuslibet § reiectæ.

Acceſsit rerum & verborum Index locupletiſsimus.

LVGDVNI.

Iuriſprudentiæ ſtudioſis Bibliopola S.

QVVM Q. Mutij Scæuolæ, Maſurij Sabini, Plautijque [illegible] coryphæorum libros, quos de iure Ciuili doctiſsimè ſcripſerant, oculatiſsimo iudicio perluſtraſſet Sex. Pomponius Iuriſperitiſsimus, atque iuris articulos aliquot in eis deſiderari, pleroſque verò ſubobſcuros animaduertiſſet, varios, eoſque eruditos libros ad illos ſcripſit. Nam [illegible] memoriæ prodidit Hermogenes. Eoque munus id non pœnitendum obiuit conſilio vir ille prudentiſsimus, vt res omnibus ſuis numeris abſolutæ poſterioribus ſeculis perſpectiores fierent, & quæ illi prætermiſerant, non deeſſent. Quo conſilii genere vſum fuiſſe optimum principem Iuſtinianum, vt perfectiùs omnibus conſuleret, ex eius Conſtitutionibus liquet. Pomponii itaque inſtitutum, vel commodiſsimum ſectatus Pardulphus Prateius Cæſarei, Pontificiique iuris Baccalaureus, aliquot iuris articulos, ac tractatus ex Martini Abbatis Summa, Hoſtienſianæ Summæ ſuis locis, iiſdemque congruis adiecit, vtpote, qui eiuſmodi [illegible] hic deſiderari doctiſsimorum virorum iudicio intellexerit. Cùm igitur excudi cœpta fuiſſet Hoſtienſis, I.V.D. toto terrarum orbe celebratiſsimi Summa, atque ad librum ſecundum iam perueniſſet Typographus, incidit in manus noſtras Martini Abbatis Summa alphabetica, multis laboribus, ſumptibuſque conquiſita, vt quæ diu in veteri quadam bibliotheca delituerat, ex cuius theſauro locupletiſsimo (quatenus promere licuit) ſententias receptiſsimas in Hoſtienſianam ſummam, inſtar Gregorianarum Decretalium digeſtam, rubricatim tranſtulit Prateius (cui negotium concredideramus) proximos, atque coniunctos, (vt res patitur) titulos applicans, idque Hermogeniani exemplo. Nam quemadmodum locorum moribus leges congruas ferri iuſsit apud clariſsimum Græcorum Oratorem Demoſthenem prudentiſsimus Solon, in hæc verba, ΝΟΜΟΥΣ ΚΑΘ' ΟΝ ΤΡΟΠΟΝ ΤΙΘΕΣΘΑΙ. Sic & in tabulis, aut voluminibus, congruis locis ſculpendæ, ſcribendæue ſunt, atque ita earum interpretationes collocandæ. Non omnia quidem Martini ſcripta adiecit, ſed ea, quæ à nobis (quale de legibus Solonis Athenienſium Principis ingenuè fatetur Diogenes Laertius, vt quę temporum iniuria, hominum ignauia, deſuetudineque imperita perierint) [illegible] ingentiſsima pecuniarum mole, non minimiſque laboribus potuerunt. Cæterùm Martinus noſter ordine Franciſcanus, iure Abbas dictus eſt, patrum ſiquidem lacernatorum numero cooptatus meritò fuit, & vt eum hoc hemiſtichio illuſtremus,

Inter præcipuos ſuſpiciendus erat.

Floruit autem Martinus noſter d. Azonis Iureconſ. ſummulariique toto orbe celebratiſsimi temporibus, quibus needum Romanæ linguæ puritas collapſa fuerat. Martinum verò ab Azone poſtea capitis damnato, miſerè trucidatum fama peruulgatum eſt. Affirmare quoque auſim eundem ante Sexti Decretalium compoſitionem floruiſſe, cui rei argumento ſunt eruditiſsima illius ſcripta, vt interim cætera taceam. Huius itaque ſcripta ſi quis reiecerit, ſanctiſsima Iuriſprudentum reſponſa, ſacratiſsimas Imperatorum conſtitutiones, Pontificum decreta, ius, pene dixerim, vniuerſum reiecturum ſe arbitretur. Nam Iureconſultos ſua illic iura loquentes, ſacroſque principum affatus peruideas, integros iuris ciuilis locos [illegible] citatos conſpicias. Dabimus verò poſthac operam, vt id, quod deeſſe ſenſerimus, in lucem optatiſsimam, æterno, præpotentique Deo, Opt. Max. authore, atque duce, reuocetur. Admonendus es interea, iuris candidate, decerptas ex Martino adnotationes his notulis ** deſignatas: quò facilius ab illis, quæ indicibus literis interiectæ ſunt, dignoſcerentur. His interea fruere. Vale.

SVMMA

* Hoſtienſis * I. V. D. celeberrimi, ſuper titulis Decretalium, F. Martini Abbatis adnotamentis locupletata.

1 Senectus ſemper eſt reuerenda.
2 Studioſus de ſingulis dubitare debet.
3 Reprehenſio temeraria fit decem modis.
4 Iuri ſcripto potius eſt adhærendum, quàm conſuetudini.
5 Liber iſte unde habuerit originem.
6 Leges tres fuêre ante legem Moſaicam.
7 Phoroneus rex primò legem inſtituit.
8 Ieſu nato aduenit tempus gratiæ.
9 Hominum genera dicuntur eſſe duo.
10 Scientiarum genera dicuntur eſſe duo.
11 Tempore gratiæ tres leges proceſſerunt.
12 Imperator per omnia non debet ſequi ſacras regulas.
13 Papa an ſit maior imperatore.
14 Decretalis quid ſit.
15 Decretum quid ſit.
16 Conſtitutio quid ſit.
17 Pragmatica ſanctio quid ſit.
18 Scientia ciuilis an ſit ſcientia, uel ars.
19 Homines propter quinque fines, dicuntur legere.

ALpha & ω Vnum in eſſentia & trinum in perſonis, à quo omnes Legiſlatores pendere iubentur: in primis inuocis eundem, exoro, vt adſit mihi principium, medium, & terminus. à libro authenticorum doctus: vt in authent. de priui. dotis hære. mul. nõ præſtan. in princ. col. viij. Fiat ergo idem decens principium operis, atque amabile. ſic enim bene & rectè vniuerſa gerentur: vt in authentica, quomodo opor. epiſ. rñ. j. in fin. col. j. Placeat etiam ei quod incipio: quia opus ſemper debet placere Deo, vt in authentica, vt iudices ſine quoquo ſuffra. coll. ij. ad hoc xxiij. diſt. in nomine domini. C. de offi. præfec. præ. Afri. in nomine domini. ſ. de teſt. in nomine domini. C. de veteri iure enucle. l. j. & de epiſ. & cle. l. Deo nobis. in authentica de armis. in princ. colla. vj. Erit ergo principium meum, ex quo ipſum inuoco: quia vt ait Pſal. Prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Ex quo etiam principiũ eſt, finis erit, quia qui ponit initium, ſupplere debet vſque in finem. de conſe. diſt. j. nemo eccleſiam. in authentica de monachis. §. iij. colla. j. & quod à Deo inceptum eſt, imperfectum non relinquitur. C. de emen. Iuſti. codi. in princ. quia nihil videtur eſſe actum, cùm aliquid ſupereſt ad agendum. C. de his qui vt indig. l. cum Syllanianum. in fin. Ideo ſucceſſor, non debet aliquod opus incipere, niſi primo expleto, quod à prædeceſſore cœptum fuit. C. de oper. pub. l. fin. & ff. de ope. publi. l. fi. infrà de reſcrip. literis. & dominus opus imperfectũ nõ nouit. infrà, de bap. maio. §. ſed adhuc. Dei ipſius igitur omnipotẽtia cõfiſus, qui res penitus deſperatas & impoſſibiles donare poteſt. C. de vet. iure enu. l. j. in fi. primæ col. & qui omniũ ſcientiarum eſt caput & author. xxxvij. §. hinc etiã filius. qui etiã omnium gratiarum eſt mirabilis largitor. xvj. q. j. reuertimini. deficientiæ meæ modulo non præſumens, ad eiuſdẽ atq; matris ſanctiſsimæ aduocatæ noſtræ, necnon ſanctorũ ſuorũ omniũ, ad honorẽ, laudẽ, & vtilitatẽ ſcholariũ, diuerſa ſcripta appetentiũ & maximè ſtudentiũ, præſens opus aggredior: in quo renouando & proſequendo, diuerſorum doctorũ ſummas, flores gloſſarum, quæſtiones & diſtinctiones vtiles, opiniones maiorũ difficiles, & quod verius videatur appoſui, ſummatim tãgẽ loca omnia ſuper ſingulis titulis, vt melius memoriæ cõmendentur, ſic inſt. de donationibus. §. in ſumma. & ff. de donatio. l. j. Qui ergo diuerſa ſcripta viſa, in vnum volumen quo ad vtriuſq; ius fideliter redacta habere deſiderat, ad ſcribendã hãc ſummam accedat intrepidus & ſecurus: quam ego poſt ſtudiũ vtriuſq; iuris, diuini & legum exercitium, adiutorio Dei in omnibus præcedẽte ſuffultus cõpoſui, ſuper operis imperfectione, quod inquantum humanum eſt, nec aliter dici poteſt, cum in rebus humanis nihil perfectum ſit, vt C. de vete. iure enu. l. ij. §. ſed quia diuinæ. à benignitate ſociali veniam poſtulaturam & rectè dictum eſt à prædeceſſoribus noſtris, & ante omnes à Iuliano ſapientiſſimo, quod nullum ius ab initio ſufficient emanauit in rempublicam Romanorum, ſed à naturæ varietate, & eius machinatione multa eguit correctione. in authentica, quibus mo. na. effi. leg. §. reſponſo. col. vj. & ideo iuxta reuocationem compilationis, multa diligens lector in inferioribus inueniet renouata. Nec obſtat quod dicit lex, ſcilicet, quòd minimè mutanda ſunt quæ longam habuerunt interpretationem. ff. de leg. & ſe. con. minime. quia illud intelligendum eſt, de his quæ ſic ſtatuta ſunt quòd in perpetuum debeant obſeruari. ff. de legi. l. ſi de interpretatione, vel non ſunt mutanda niſi ex cã. intrà de conſuet. cũ conſuetudinis. quia licet honorificentia maiorũ noſtrorũ ipſorũ dicta corrigere poſſumus, ſi cõtra veritatẽ ſenſerint. ix. diſt. neq; quorumlibet. & idem à ſucceſſoribus expectamus: quia quod quiſq; iuris in alterum ſtatuerit &c. ſed hoc non eſt temerè præſumendum: vt no. infra eo. ver. ſtudioſus. & ſequẽtibus. Ego verò per dictum meum nemini legem impono, nec opiniones aliorum renuo vel abſcõdo, imò ipſas diligenter recito, & in lucem produco. Tu ergo perlectis & intellectis iuribus & rationibus, quibus vnaquæq; fulcitur opinio, amplectere quam malueris, & elige cui dicas, Tu mihi ſola places. Minorum tamen imploro veniam, & non intelligentium, ſi aliqua ſubtilia & profunda apponã: quia dicatur, quòd qui ea docet quæ ab auditorib. nõ valẽt intelligi, nõ ad eorũ vtilitatẽ, ſed ad ſui oſtentationẽ hoc facit, & vitiũ animi eſt, indignis ſecreta vulgare. xliij. diſt. §. ſi. cùm tñ lex communis eſſe debeat. iiij. diſt. erit aũt. gratia minorũ exponã multa, & ipſos via ſimplici ducã, ne cadãt i deſperatiõe. inſti. de iuſti. & iure. §. ij. & de le. §. ſed nec in primis. & ſic dabo eis lac, in potũ, nõ eſcã. intrà de pœni. & remiſ. deus qui. §. apoſtolis. gratia mediocriũ, dicã ſimilia, inducẽdo & ſoluẽdo cõtraria, notãdo quotidiana & practicatiora: quia in ipſis magis ſtudendũ eſt. ff. de lib. leg. legã. Maioribus ẽt, loco aquarũ taliẽ tium tradã profunditates materiarum, & diuerſitates memoriæ cõmendandas & inquantum poſsibile mihi erit, & Deus dederit, ſic oĩa proſequar ne quicquã inueniatur in hoc prato ſpinoſum. C. de vet. iure enu. l. ij. §. hoc etiã nihilominus. & quãlibet materiã prout cõgruum videbitur loco ſuo & ordine tractabo. hoc enim obſeruandum eſt in authẽtica de nup. §. deportatio. colla. iiij. † Nec dedignetur alicuius venerãda ſenectus recipere præſens opus: quia impubes ferula cæditur, p veritate diſcẽda. ff. ad ſe. con. ſil. l. j. §. impubes. & vbi publica tractatur vtilitas, etiã ſi minor veritatẽ inueſtigauerit, nulla maiore iniuria irrogatur. C. de offi. recto. prouinciæ. l. potioris, ſæpè enim reuelat Deus minori, quod celatur maiori. xcv. diſt. eſto ſubiectus. xxxix. di. nullus

ctis in rebus dotalibus : nam & ſi deduci debeant, non tamen facilè eſt in vniuerſum diffiniri, ſed ſingula ex genere & magnitudine impendiorum æſtimari poſſunt. ff. de impen. in rebus dot. factis quod dicitur in ſi. Tertiò in fide de teſtibus adhibenda ideoq; ſidei recipientis Iudicis relinquitur : quia ipſe magis ſcire poteſt quàm alius. ff. de teſti. teſtium fides. ver. verba epiſtolæ, &c. Quartò in quantitate pœnitentiæ peccatoribus imponendæ. vnde & dicitur, tempora pœnitudinis habita moderatione conſtituenda ſunt tuo iudicio: prout conuerſorum animos proſpexeris eſſe deuotos, habito reſpectu ad ætatis pericula & ægritudinum neceſsitates. xxvj. q. vij. tepora. & ca. hoc ſit. & not. ſuprà, de pœ. c. quæ pœnalis breuiter deficiente iure deficit & regula quæ ex eo ſumitur. vt not. ſupra, eo. §. vnde dicatur. & ideo omnia talia arbitrio iudicis committunt : vt patet. ſupra, de offic. deleg. de cauſis. ſuprà, de tranſact. c. ſi.

ANNOTATIO.

a Quid eſt regula. Adde gl. in l. cum & Demoſthenes. ff. de legi.

Et quia regula rem quæ eſt breuiter enarrat : vt no. eo. §. quid eſt regula. & moderni breuitate gaudent : hoc in hoc tim. cauſa breuitatis ſufficiat tetigiſſe : quia plerunq; breuiter commemorare neceſſe eſt proponenda. ff. de offi. præto. l. vnica. in princ. Regulas ergo in hoc titulo poſitas apparendas copioſius ex certa ſcientia reſeruamus : quia ipſas in apparatu magis exponi & enucleari conuenit, quàm in ſumma. Quas igitur gratias quaſúe laudes Domino meo benigniſsimo Ieſu Chriſto exhibere debeam, nec mens mea poteſt concipere, nec lingua proferre : multas enim & innumerabiles miſerationes eius ſenſi : & ab eo infinita recepi bona, & beneficia, quæ regratiari non ſufficio : & pro quibus nihil dignum me egiſſe cognoſco. Sed inter alia hoc ei ſpecialiter regratior quòd per me ſeruum ſuum idiotam & inſufficientem in omnibus ad ſecundum locum gubernaculorum vocatum, qui etiam minus remi tenere non noueram, dicta multorum ſparſa, & alia perquam vtilia : & neceſſaria, in vnum volumen redegi : & in vtroq; iure ſtudioſis ſatis perfectam doctrinam tradidi non ſolum ad tuitionem & defenſionem rerum & corporum, ſed etiam ad ſalutem medicinalem, ac medicinam ſalutarem, & antidotum efficax animarũ. Tu ergo lector non me qualemcunq; ſcriptorem ſeu compilatore, neque paruitatem meam conſideres : & ſi conſideras non contemnas, Sapiente dicente. Corporis exigui vires contemnere noli : ſed attendes dictatorem quem operis totius fieri optaui authorem, & præſulem mordere muſcas, ſi tamen aliquid melius in ſuperioribus tibi reuelatum fuerit, vitiatis temerarijs reprehenſionibus de quibus not. ſuprà, in procemio huius ſummæ. reſpon. j. ver. ſtudioſos. & ſe. fraterna charitate non inuidioſa mordacitate corrigas, & emendes, quicquid tibi videbitur corrigendum, vel etiam emendandum. Ego enim licet multa habuerim contraria ac me diſtraxerint alia ardua negotia & diuerſa, adiutorio tamen illius in quem ſemper ſperaui, in omnibus ſuffultus vim mihi intuli opus quaſi deſperatum, & nimis difficile, quinimò inſufficientiæ meæ impoſsibile quod in officio minori cæceperam & demũ in incendio amiſeram in maiori conſtitutus officio renouaui, curſum operis conſummaui ; fidem ſeruaui : non ego autem ſed gratia Dei mecũ. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi in illa die iuſtus Iudex. Cui eſt honor laus & gloria per omnia ſecula ſeculorum. Amen,

Monſtrans obſcuras iuris diſſoluere curas,
Explicat antiquas hæc noua ſumma plicas.
Pons ſummũ ſacros affatus Henricus hauſit,
Pro ſumma ſummo ſit gloria magna Deo.

Henrici Cardinalis Hoſtienſis aureæ Summæ in quinque Decretalium libros.

FINIS.

Index titulorum ab Henrico Cardinali Hoſtienſi iuxta ſeriem Decretalium, in ſumma redactorum.

LIBRI PRIMI.

De ſumma trinitate & fide catholica. 4
De fide catholica. 5
De conſtitutionibus. 6
De reſcriptis. 9
De conſuetudine. 19
De poſtulatione prælatorũ. 21
De electione & electi poteſtate. 25
De tranſlatione Epiſcopi vel electi. 34
De authoritate & vſu pallij. 36
De renunciatione. 37
De ſupplenda negli. præla. 39
De temporibus ordi. & quali. ordi. 40
De ſcrutinio in ordine faciendo. 45
De ordinatis ab Epiſcopo qui renun. Epiſcopatui. 46
De ætate & quali. & ordi. præficiendorum. 47
De ſacra vnctione. 48
De ſacramentis non iterandis. 50
De filijs presbyterorum. 51
De ſeruis non ordinandis, & eorum ma. 53
De obligatis ad ratiocinia or. vel non. 55
De corpore vitiatis ord. vel non. 56
De bigamis. ibid.
De clericis peregrinis. 61
De officio Archidiaconi. ibid.
De officio Archipresbyteri. 62
De officio primicerij. 64
De officio Sacriſtæ. ibid.
De officio cuſtodis. ibi
De officio vicarij. ibid.
De officio & poteſtate Iudicis delegati. 65
De recuſatione iudicis deleg. 62
De officio legati. 74
De officio ordinarij. 76
De officio iudicis. ibid.
De maioritate & obedientia. 81
De treuga & pace. 82
De pactis. 84
De tranſactionibus. 86
De poſtulando. 87
De procuratoribus. 90
De ſyndico. 91
De his quæ vi metuſue cauſa fiunt. 93
De in integrum reſtitutione. 95
De alienatione iudicij mutandi cauſa. 97
De ceſſione actionum. 98
De arbitris. ibidem.

LIBRI SECVNDI.

De iudicijs. 102
De foro competenti. 105
De libelli oblatione. 108
De mutuis petitionibus. 111
De litis conteſtatione. 112
De lite non conteſtata non pro. ad te. ibid.
De iuramento calumniæ. 115
De dilationibus. 117
De ferijs. 119
De ordine cognitionum. 120
De plus petitionibus. 121
De cauſa poſſeſ. & proprietatis. 122
De cauſa poſſeſſionis. ibid.
De cauſa proprietatis. 124
De reſtitutione ſpoliatorum. 126
De dolo & contumacia. 129
De contumacia. 131
De eo qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruan. 134
Vt lite pendente nihil debeat innouari. 135
De ſequeſtratione poſſeſ. & fructuum. 136
De confeſſis. 136
De probationibus. 139
De teſtibus. 141
De teſtibus cogendis. 147
De fide inſtrumentorum. 149
De præſumptionibus. 153
De iureiurando. 154
De aſſertorio iuramento. 158
De iuramento in litem dando. 160
De exceptionibus. ibid.
De præſcriptionibus. 163
De vſucapionibus. 164
Titulus pro ſoluto. 165
Titulus pro emptore. ibi.
Titulus pro tranſacto. 165
Titulus pro herede. ibid.
Titulus pro donato. 166
Titulus pro derelicto. ibid.
Titulus pro legato. 166
Titulus pro dote. ibid.
Titulus pro ſuo. 166
De præſcriptione rerum immobilium. 167
De ſententia & re iudicata. 172
De ſententia. 172. & 173